



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Venusinæ, postea Æsinatis, ac demùm
Parmensis Ecclesiæ Vicarii Generalis, &c. Formularium
legale practicum Fori Ecclesiastici**

in quo formulæ expeditionum usufrequentium de his, quae pertinent ... ;
cum appendice plurium constitutionum apostolicarum

Formularii Legalis Practici Fori Ecclesiastici Supplementum - In Quo Non
Solum Omnes Feré Formulæ, quæ in præcedentibus tribus Libris
continentur, novis quamplurimis adnotationibus Legalibus Practicis, ac
Sacrarum Congregationum Responsis roborantur; verùm etiam nonnullæ
aliæ, quæ ad Operis ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1732

Commissionis quæstuandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62442)

Nicol. lucubr. civil. lib. 1. tit. 14. §. penult.
Est enim hic verum illud proverbiale dictum.

106 Quisquis plus iusto non sapit, ille sapit.

Cæterum licentia, sive indultum suscipiendi, & administrandi tutelam testamentariam, & dativam Clericis in sacris, non datur ab Ordinario, imò, & à Sac. Congreg. denegatur, ut testatur *Pignatell. consult. 10. num. 11. tom. 5.* ubi quamplura decreta allegat.

Eod. tit. 6. form. 6. pag. 197.

107 *Num. 12.* PP. Minores de observantia S. Francisci habent specialia indulta colligendi elemosynas pro subsidio locorum Terræ Sanctæ: imò quia Ordinarii locorum tenentur illos subditis commendare, idè quoties sint à dictis PP. requisiti, poterit committi Vicariis foraneis quaestuatō tali forma.

„ Bramando io, che nei luoghi della
„ mia Diocesi (ò Giurisdizione) siano
„ eseguite le costituzioni, ò *Brevi*
„ *Apostolici* de Sommi Pontefici, con
„ qual si raccomanda agli Ordinarii la
„ questua dell' elemosine per il sussidio,
„ e mantenimento de Luoghi Sagri di
„ *Terra Santa*, ne' quali il Nostro Divinissimo Salvatore ha adempite l'Opera
„ pere della nostra Redenzione, tenuti,
„ e custoditi da' PP. Minori Osservanti
„ di S. Francesco, i quali per le frequen-
„ ti vanie, & aggravj della tirannide
„ Turchesca hanno bisogno d'esser solle-
„ vati, e soccorsi con l'elemosine, &
„ ajuti caritativi de fedeli, colla presen-
„ te commetto à V. S. di dar ordine, e ri-
„ cordo tanto al P. Predicatore dell' im-
„ minente Avvento, che verrà à predi-
„ care in cotesta Terra, quanto all'altro
„ che predicarà nella futura prossima
„ Quaresima, di raccomandare dal Pul-
„ pito al popolo nei giorni più solenni,
„ e di concorso, una, e due volte, l'opera
„ suddetta, & ella deputerà in detti gior-
„ ni persone pie, che la raccolgano, &
„ à suo tempo rimetterà poi quà nelle
„ mani di N. Sindico di detti PP. tutta la
„ quantità, che si farà raccolta con ri-
„ portarne dal medesimo la ricevuta da

„ trasferirsi in Roma nelle mani del
„ Sindico generale a disposizione del P.
„ Commissario di Terra Santa. Esequis-
„ ca V. S. con attenzione la commissio-
„ ne, perche l'opera è acerrissima al Si-
„ gnore, e resto, &c.

ADNOTATIONES.

E BREVI APOSTOLICI. Idest Breve Urbani VIII. impressum in Bullario *to. 5. const. 177.* Breve Innocent. X. pariter impressum in eodem *tom. 5. const. 11.* & Breve Clementis X. impressum in eodem Bullario in *tom. 6. const. 39.* in quibus committitur Ordinariis locorum recollectio elemosynarum pro subsidio locorum Terræ Sanctæ.

DI TERRA SANTA. Civitas Hierusalem, Metropolis hujus Terræ, capta fuit à Maunetanis anno 1008. à Christianis verò recuperata anno 1099. seu ut alii volunt. 1110. Duce Gottifredo Bullione, Deindè à Saladino Rege Babiloniæ, & Saracenorum Domino oppugnata, iterum in Infidelium manibus reincidenti anno 1187. Et tandem Civitate Ptolemaidæ, vulgo Acri, seu Acon in Siria, cum munitissima Arce, ab iisdem Saracenis superata, & aliis Urbibus captis, & depopulatis, à tota Terra Sancta, insigni cæde anno 1291. Nicolao IV. in sede Petri sedente, Christianifideles (Dei permissione admirabili, & stupenda) depulsi sunt: eodemque anno Deo dilecta Dominus, incarnatione Dominica illustris, è Siria pariter cum Religione discessit, Angelorum manibus è Nazareth in Dalmatiam maximo miraculo translata est, ut testatur *Bzov. ad annum 1291. §. 4.*

In qua Ptolemaidæ expugnatione factum illud admirandum accidisse narratur, quòd Moniales, quæ in celebri Monasterio ibi erecto sub regula S. Claræ morabantur, audita Arcis expugnatione, metuentes Saracenorum violentiam, & jacturam virginitatis, omnes novaculis sibi nasum absciderunt, & faciem gladiis deturparunt, quo spectaculo à Barbaris viso, nec unam ex eis tetigerunt, sed gladio eorum omnes pe-

perierunt, & martires evaserunt: Haec Religiosae Virgines secutae fuerunt exemplum Ebbæ Abbatissæ, & Sociarum Collinganenſis Cœnobii, quæ anno 870. Danis Regnum Angliæ vastantibus, ne earum honestas periculum subiret, & fœderetur, nasum, & labrum superiorem novaculis sibi præciderunt: unde Dani furentes in Cœnobium ingressi id admirantes & indignè ferentes, igne in Monasterium injecto omnes combustæ fuere, ut *Bzovius* narrat.

L'opra è accetissima al Signore. Sic terminatur Epistola, quia ita loquitur Breve Urbani VIII. ad demonstrandum, quod hodie porrigentes manus adjuatrices huic, vel aliis operibus, non lucrantur indulgentias, quæ olim concedebantur iis qui subsidia charitativa ministrabant, juxta dictum *Navar. conf. 34. de penitent. & remiss.* quia *Pius V.* in sua *constit. 30. Bullar. tom. 2. pag. 214.* hujusmodi indulgentias abſtulit, & revocavit, prout declaravit *Sacr. Congreg. Concilii in Trifigen. indulgentiarum 15. Novemb. 1697.*

112 Quare advertant Episcopi, quod si aliqua indulgentiæ super hac re circumferri audierint, illas apocriphas esse judicent, nisi nova concessio authenticè exhibeatur.

Eod. tit. 6. form. 7. pag. 199.

113 *Num. 10.* Quod Episcopus non possit concedere Judici laico licentiam exhumandi cadavera, vel testes examinandi in loco immuni, pro faciendâ recognitione corporis delicti, præter ibi allegata, patet ex aliis decretis collectis à *Ricc. in Synop. in verb. Episcopus quoad immunitatem, num. 26. & 27. & in verb. recognitio corporis delicti, num. 8. & seqq.* Imò, quod nec Legatus à Latere possit mandare examinari testes, atque recognitiones fieri corporis delicti in locis immunibus sine speciali facultate Sedis Apostolicæ, probat idem *Ricc. in verb. Legatus, num. 3.* ubi decreta producit.

Eod. tit. 6. form. 8. pag. 200.

Num. 4. Regula est, quod confugiens ad Palatium Episcopi gaudeat immunitate, & si inde extrahantur, ibidem sint restituendi: at quando Episcopus mandat confugitum in suo Palatio carcerari, tunc Reus non gaudet immunitate, ut respondit *Sac. Congreg. in Signina 31. Julii 1703. lib. 1. Decret. Vallen. pag. 506.* à tergo relata à *Ricc. in Synop. verb. Palatium, num. 9.*

Eod. tit. 6. form. 10. pag. 205.

Num. 1. Adde ibi, quod, si aliquis Patronus laicus, vel Confraternitas pro augmento Divini cultus velit in Regulares aliquam Ecclesiam jam erectam transferre, & consensum Episcopi requireret, poterit licentiam concedere formula sequenti.

FORMULA

Decreti concessionis Ecclesiæ.

„ UT Ecclesiam sub invocatione
 „ S. N. sitam, & erectam in
 „ Loco N. hujus nostræ Diocesis, N.
 „ Patronus PP. Ordinis N. concedere,
 „ & in eos transferre possit, & valeat,
 „ consensum, & beneplacitum nostrum
 „ præstamus, constituto jam nobis
 „ ex actis nostræ curiæ dictum N.
 „ concedentem, & transferre volentem
 „ esse Patronum legitimum dictæ
 „ Ecclesiæ, salvis tamen juribus Ecclesiarum
 „ Parochialium, & tertii,
 „ quatenus alteri in ea jus fuerit acquisitum,
 „ & dummodò Religiosi prædicti
 „ acquirentes, in actu acceptationis,
 „ & receptionis dictæ Ecclesiæ
 „ de manu Patroni valide renunciant
 „ juri sepulchrorum, adeo ut in ea
 „ neminem præter proprios Religiosos
 „ ad sepulturam recipere non valeant,
 „ & copiam concessionis hujusmodi
 „ authenticam in termino
 „ exhibeant in nostra Cancellaria. Et
 „ ita, & non aliàs licentiam damus,
 „ &